5,

IVRISDICTIONEM EPISCOPALEM

PER

OBSERVANTIAM VITÆ COMMVNIS

Ad Normam

SACRORVM CANONVM

A S. SEDE APOSTOLICA APPROBATÆ

In perpetuum conſervari, confirmari, & augeri declaratur.

ROMÆ, M.DC.XCIV.

Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ.
Superiorum Facultate.

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Sperellus Epiſc. Interam. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Franciſcus Maria Forlani Reverendiſs. P. Sac. Apoſt. Pal. Mag. Soc. Ord. Prædic.

QVibuſcunque ſtatibus pro Incremento Divini Honoris, & ſalute Animarum inEccleſia Catholica piè & laudabiliter inſtitutis, & præcipuè Sacrorum Canonum, ac Eccleſiaſticæ Diſciplinæ Reparationi ſolemne ſemper fuit, in primordijs ſuis, cùm Sancta Fundatorum, aut Reſtauratorum intentio quoad fructus in Vinea Domini cum tempore naſcituros necdum omnino pateſceret, gravibus contradictionibus, quin & perſecutionibus exerceri: quod juxta admirabilem Divinę Providentię diſpoſitionem adeò ſemper univerſale fuit, ut vel ipſi Sacroſanctæ Fidei Catholicæ ab initio tanquam ſectæ ubique contradiceretur. *Act.* 28. Nec ea, minimo grano Sinapis in terram projecto ab Agricola cœ-

leſti comparata, potuerit fieri major omnibus oleribus, & prodigiosâ magnitudine creſcere per univerſum orbem, niſi Apoſtolorum, Paſtorum, & Doctorum labore culta, patientiâ invictâ contra adverſantes defenſa, ac copioſo Martyrum ſanguine irrigata. Hinc quicunque Viri Apoſtolici ad perfectiorem vivendi rationem ſecum alios cœperunt inducere, Apoſtolicam admonitionem ſibi ante omnia obſervandam cenſuerunt. 1. Petr. 4. *Chariſſimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis ſit, quaſi novi aliquid vobis contingat; ſed communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete.* Satìs gnari, ſementem ſuam non poſſe matureſcere in meſſem, niſi brumali priùs rigore firmiùs radicatam. De his omnibus ſatìs edoctum Inſtitutum Clericorum ſæcu-

larium

larium juxta Sacrorum Canonum normam in commune viuentium non admodùm mirari potuit, ſe in hac ſua ad primævam, & genuinam ſtatûs Clericalis ſæcularis puritatem reſtitutione varijs contradictionibus impetitum, ac etiamnum à diverſis impediri. Sed, ſicut hæc omnia lætâ patientiâ ſuffert, ita gratiis Divinę Majeſtati humillimè actis, ſibi non parùm gratulatur, pro prætenſa ſupradictorum iuſtificatione à ſuis adverſantibus non potuiſſe opponi præſcriptam vivendi normam reprehenſibilem, non defectum in Iuventutis ad ſtatum Clericalem educatione, ac in Seminariorum adminiſtratione, non diſcrepantiam Conſtitutionum à Sacrorum Canonum decretis, aut quid aliud gravioris momenti: ſed unicam tantarum contradictionum

cauſam eſſe ſuſpicionem, ne cum tempore ab eadem S.Sede Apoſtolica impetretur exemptio quædam Reverendiſſimis Dominis Ordinarijs præjudicioſa. Solus hic timor progreſſus hujus Inſtituti majores hactenus impedivit, & quæcunque contra illud agitata fuerunt, excitavit. Qui, ut faciliùs evaneſcat, & fundamentaliter deſtruatur, impoſſibilitas hujus prætenſæ exemptionis pro futuris temporibus infrà allatis rationibus evidenter demonſtratur.

Neceſſarium eſt, Inſtitutum Clericorum ſæcularium in commune viventium vel manere in ea viuendi ratione, quam de facto Sacerdotes & membra illius juxta tenorem Apoſtolicæ Confirmationis obſervant; vel in aliud genus Clericorum ſecularium exemptorum tran-

ſire; vel mutari in Religionem quandam exemptam; vel denique omninò deſinere, & à præſcripto SS. Canonum recedere, prout prioribus temporibus factum fuit. Primum ſi fiat, hoc eſt, ſi Inſtitutum hoc Clericale maneat in terminis illis, in quibus ſpecificè fuit approbatum, res eſt ſole clarior, Sacerdotes & Clericos eidem incorporatos Iuriſdictioni RR. DD. Ordinariorum manere in omnibus perpetuò ſubjectos. Hujus enim ſubjectionis obligatio tot locis in Conſtitutionibus à Sancta Sede confirmatis repetita eſt, ut ſuſpicio contraria verè maneat in terminis puræ ſuſpicionis, nullâ ratione poſitivâ ſubnixa. In Conſtitutionibus itaque præfatis hæc habentur formalia. In Proœmio earundem: *Finis hujus Inſtituti eſt, ipſummet ſta-*

tum Clericalem & Eccleſiaſticum à Chriſto fundatum, & ab Apoſtolis obſervatum, ſub immediata RR. *Ordinariorum poteſtate omni prorſus exemptione ſecluſa purè amplecti*: ubi ſubjungitur: *Illud porrò ſibi perſuadeant, ſe juriſdictioni Ordinariorum in quorum Diœceſibus pro tempore beneficia, vel domicilia obtinuerint (ſecluſa omni exemptione) ſemper manere ſubjectos: Quorum proinde, uti & præcipuè ipſius Sanctæ Romanæ Catholicæ Eccleſiæ Decreta, & conſuetudines, pro viribus obſervabunt, atque defendent, quemadmodùm à Clericis ea obſervari & defendi par eſt.*

Conſtitutione Sacerdotum 31. *Viam regiam ſanctæ illius Obedientiæ omnes teneant, quam locorum Ordinariis exhibere Clerici ſæculares communiter tenentur: quemadmodùm*

modùm hæc vita Clericalis ab origine ſui, ſine exemptione, illorum Iuriſdictioni ſe ſubijciens ſanctè ſervavit; & ſervare deinceps perpetuò debebit.

In Conſtitutionibus pro directione eiuſdem Inſtituti Anno 1684 approbatis part. 1. num. 12. de Iuramento Alumnorum Clericorum in verbis: *Spondeo, & juro, me ſub juriſdictione Reverendiſſimi (vel Eminentiſſimi) Domini Ordinarij mei, ſecluſa omni exemptione in ſupradicto Inſtituto Clericorum, qui ſecluſo fœminarum conſortio bini, vel plures pro locorum qualitate cohabitant, & bona ſua ex beneficijs & functionibus Eccleſiaſticis provenientia in communes pios uſus, juxta Conſtitutionem 19. Sacerdotum conferunt, atque ſub privata, & œconomica unius Superioris directio-*

ne vivunt, ſive intra, ſive extra Seminarium ſemper victurum & moriturum.

Parte 2. Num. 29. *Cùm non ſolùm Inſtituti hujus interſit, ſed etiam Diœceſium, ne bona communia minùs fideliter adminiſtrentur, ideò Reverendiſſimi DD. Ordinarij, quoties defectus notabilis in adminiſtratione à Præſide commiſſus innotuerit, deſuper liberam inquirendi, & rationes ſuper bonis Inſtituti in commune collatis exigendi, defectuſque interpoſita Auctoritate ſua Ordinaria corrigendi poteſtatem habeant.*

Num. 63. *Vt hoc Inſtitutum feliciter ſubſiſtat, debitam inter membra reſpectu Superiorum & Inferiorum ſubordinationem requirit. Vnde, præter publicam Reverendiſſimis DD. Ordinarijs præſtandam*

Obe-

Obedientiam, quædam directiva_ morum ad diſciplinæ vigorem in_ Clero ſervandum ſtatuitur, per quam ſingulorum, qui de hoc Inſtituto ſunt, vita in via Charitatis immediatè inſpiciatur; & ſic Clerici cum ſuo legitimo Capite, quod ſunt Summus Pontifex, & Reverendiſſimi DD. Ordinarij, perfectiùs quàm unquam coadunentur.

Num. 64. *Quivis* (hujus Inſtituti) *Reverendiſſimi D. Ordinarij ſui Iuriſdictioni ſic ſubeſt, vt non_ tantùm ad ea, quæ à Clericis ſæcularibus communiter præſtanda ſunt, ſed etiam ad Conſtitutionum hujus Inſtituti, ac debitæ diſciplinæ obſervationem à Reverendiſſimis DD. Ordinarijs adſtringi poſſit.*

Num. 85. *Quòd ſi ob quamcunque difficultatem à Superioribus hujus Inſtituti per privatam & œcono-*

nomicam directionem, ſervato prædicto ad Superiores regreſſu, non correctam, ad forum publicum in rebus hoc Inſtitutum concernentibus à gravato deferenda foret, deciſio talis difficultatis juxta hujus Clericalis Inſtituti Conſtitutiones à S.Sede Apoſtolica approbatas, & Sacros Canones reguletur ab eo Reverendiſſimo Domino Ordinario, in cujus Diœceſi eiuſmodi difficultas occurrit.

De Officio Præſidis Num. 139. ſtatuitur: *Præſes cum debita Obedientia ſatisfaciet, ne minimum omittendo aut faciendo, quod Ordinario ullo modo, ſive quoad reſpectum, ſive quoad aliud præjudicare jure videri poſſet; ſed potiùs in omnibus ab eodem ita dependebit, eaque vigilantia officio ſuo ſatisfacere ſtudebit, ut debitus reſpectus, Iura,*

Iura, & ſimul etiam perfectior Obedientia, illeque exoptatus odor, bona ſcilicet converſatio à Clero ad obſequium Ejuſdem Ordinarij fideliter deferantur.

Num. 142. *Vt fidelitas ejuſdem, uti & Obedientia, ac in officio ſedulitas tam erga Ordinarium, quàm reſpectu hujus Inſtituti magìs conſtet, præſtabit juramentum juxta formulam ſequentem. Ego N. N. pro hac Diœceſi N. aſſumptus Præſes, Deo, & Tibi Reverendiſſimo Domino Ordinario meo, tuiſque Canonicè intrantibus ſucceſſoribus ſpondeo, & juro, me ſub Iuriſdictione tua Ordinaria, ſecluſa omni exemptione in vita Clericali juxta Conſtitutiones Clericorum ſæcularium in commune viventium à Sancta Sede Apoſtolica approbatas ſemper victurum & moriturum, &*

cooperaturum,ut hæc vita Clericalis ex primario ſuo fine animarum Curam per ordinarias functiones Parochiales intendens conſtanter perſeveret. Iuxta hanc Iuramenti formulam etiam alij Directores hujus vitę Clericalis Iuramentum pręſtare debent, prout in dictis Conſtitutionibus fuſiùs continetur.

Num. 148. *Tam in obtinendis, quàm reſignandis beneficiis reſpectu Reverendiſſimorum Dominorum Ordinariorum & aliorum Patronorum ordo debitus, & uſitatus cujuſque Curiæ Epiſcopalis ſtylus accuratè obſervetur.*

Num. 149. *Ad Reverendiſſimi Domini Ordinarij ſui beneplacitum ſingulis annis in propria perſona totius ſui diſtrictùs domos, in quibus Sacerdotes hujus vitæ habitant, viſitabit.*

Num.

Iura, & ſimul etiam perfectior Obedientia, illeque exoptatus odor, bona ſcilicet converſatio à Clero ad obſequium Ejuſdem Ordinarij fideliter deferantur.

Num. 142. *Vt fidelitas ejuſdem, uti & Obedientia, ac in officio ſedulitas tam erga Ordinarium, quàm reſpectu hujus Inſtituti magis conſtet, præſtabit juramentum juxta formulam ſequentem. Ego N. N. pro hac Diœceſi N. aſſumptus Præſes, Deo, & Tibi Reverendiſſimo Domino Ordinario meo, tuiſque Canonicè intrantibus ſucceſſoribus ſpondeo, & juro, me ſub Iuriſdictione tua Ordinaria, ſecluſa omni exemptione in vita Clericali juxta Conſtitutiones Clericorum ſæcularium in commune viventium à Sancta Sede Apoſtolica approbatas ſemper victurum & moriturum, &*

cooperaturum, ut hæc vita Clericalis ex primario ſuo fine animarum Curam per ordinarias functiones Parochiales intendens conſtanter perſeveret. Iuxta hanc Iuramenti formulam etiam alij Directores hujus vitę Clericalis Iuramentum pręſtare debent, prout in dictis Conſtitutionibus fuſiùs continetur.

Num. 148. *Tam in obtinendis, quàm reſignandis beneficiis reſpectu Reverendiſſimorum Dominorum Ordinariorum, & aliorum Patronorum ordo debitus, & uſitatus cujuſque Curiæ Epiſcopalis ſtylus accuratè obſervetur.*

Num. 149. *Ad Reverendiſſimi Domini Ordinarij ſui beneplacitum ſingulis annis in propria perſona totius ſui diſtrictùs domos, in quibus Sacerdotes hujus vitæ habitant, viſitabit.*

Num.

Num. 151. *De viſitatione annua ſua, debitam relationem Reverendiſſimo Domino ſuo Ordinario faciet, ut cum ejuſdem conſenſu aut poſitiva approbatione omnia in praxin dirigantur.*

Num. 152. Idem habetur de Conventu ſeu Congregatione annua: *Singula concluſa, poſtquàm à Reverendiſſimo D Ordinario fuerint conceſſa & confirmata, executioni demandent.*

Num. 179. De Præſide, qui totius Inſtituti curam gerit, dicitur: *Quòd ſi in aliqua Diœceſi, vel Regione de novo introductio hujus Inſtituti à Reverendiſſimo Domino Ordinario deſideretur, Præſes Supremus ordinationem deſuper faciet, & perſonas qualificatas determinabit, quæ illuc mittantur: atque ubique locorum cum conſenſu Reverendiſ-*

ſimorum Dominorum Ordinariorum præſens Inſtitutum introducere allaborabit. Pluribus aliis ſimilibus locis in citatis Conſtitutionibus omiſſis ſufficiat, quod habetur in praxi earundem Conſtitutionum impreſsâ Romæ 1684. cap.3. §.6. *Vt debita diſciplina in Clericali ſtatu Perpetuò progreſſum ſuum habeat, neceſſe eſt, ut mediantibus Seminariis Reverendiſſimorum DD Ordinariorum, filÿ propriæ patriæ aſſumantur, & ad omnem laborem impigri, & patrÿ ſoli aſſueti viri ex profeſſo edoceantur, qui ſub debita diſciplina Clericali uſque ad mortem ſubſiſtentes id* præ*ſtent, ut hac ratione debitus fervor in Clero perpetuò conſervetur, & Reverendiſſimis DD.Ordinariis quoad inferiorem Clerum ex omni parte ſufficienter ſit proviſum*.

Omnia

Num. 151. *De viſitatione annua ſua, debitam relationem Reverendiſſimo Domino ſuo Ordinario faciet, ut cum ejuſdem conſenſu aut poſitiva approbatione omnia in praxin dirigantur.*

Num. 152. Idem habetur de Conventu ſeu Congregatione annua: *Singula concluſa, poſtquàm à Reverendiſſimo D Ordinario fuerint conceſſa & confirmata, executioni demandent.*

Num. 179. De Præſide, qui totius Inſtituti curam gerit, dicitur: *Quòd ſi in aliqua Diœceſi, vel Regione de novo introductio hujus Inſtituti à Reverendiſſimo Domino Ordinario deſideretur, Præſes Supremus ordinationem deſuper faciet, & perſonas qualificatas determinabit, quæ illuc mittantur, atque ubique locorum cum conſenſu Reverendiſ-*

ſimorum Dominorum Ordinariorum præſens Inſtitutum intruducere al-laborabit. Pluribus aliis ſimilibus locis in citatis Conſtitutionibus omiſſis ſufficiat, quod habetur in praxi earundem Conſtitutionum impreſsâ Romæ 1684. cap. 3. §. 6. *Vt debita diſciplina in Clericali ſtatu Perpetuò progreſſum ſuum habeat, neceſſe eſt, ut mediantibus Seminariis Reverendiſſimorum DD Ordinariorum, filÿ propriæ patriæ aſſumantur, & ad omnem laborem impigri, & patrÿ ſoli aſſueti viri ex profeſſo edoceantur, qui ſub debita diſciplina Clericali uſque ad mortem ſubſiſtentes id* præſtent*, ut hac ratione debitus fervor in Clero perpetuò conſervetur, & Reverendiſſimis DD. Ordinariis quoad inferiorem Clerum ex omni parte ſufficienter ſit proviſum*.

Omnia

bunt? Beneficia, quæ obtinere poſſunt, debent eſſe ſæcularia, cùm eò ipsô, quod Clerici ſæculares ſint, religioſa nec petere poſſint, nec ſi vellent, impetrare; beneficia autem ſæcularia ſunt vel Curata, vel non Curata, in Eccleſiis Collegiatis, in Parochiis, & aliis ſimilibus, quæ non niſi ex gratia vel conſenſu Dominorum Ordinariorum obtineri poſſunt: & Semiriorum, quæ ipſis arbitrio Archi-& Epiſcoporum credenda eſſent, directio ex ſe dependet ab ipſis Reverendiſſimis DD. Ordinariis. Quæ, obſecro, hìc fingi poſſet vel poſſibilis exemptio? Scimus enim ex *Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 11. de reformat.* exemptiones ſæcularium in iis, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum mini-

minimè intelligi, ſed Iuriſdictioni Ordinariorum ſubjectos permanere, non obſtantibus quibuſcunque inhibitionibus. Scimus ex Eodem *Seſſ. & cap. cit. de Regular.* perſonas tam Regulares, licèt aliàs exemptas, quàm ſæculares Curam Animarum exercentes in iis, quæ ad dictam curam pertinent; Iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi eſſe ſubiectos. Scimus etiam, Religioſos extra Monaſterium delinquentes correctioni Epiſcopi ſubeſſe. *Trident. ſeſſ. 6. cap. 3. de reformat.* Scimus, omnes Clericos Beneficiatos ſubeſſe non ſolùm Epiſcopo, ſed etiam Eccleſiæ ſuæ Prælato. *Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. de reformat.* Scimus deniquè cauſas civiles etiam exemptorum Religioſorum extra Monaſteria degentium ab Epiſcopo cognoſci. *Tri-*

dent.

bunt? Beneficia, quæ obtinere poſſunt, debent eſſe ſæcularia, cùm eò ipsô, quod Clerici ſæculares ſint, religioſa nec petere poſſint, nec ſi vellent, impetrare; beneficia autem ſæcularia ſunt vel Curata, vel non Curata, in Eccleſiis Collegiatis, in Parochiis, & aliis ſimilibus, quæ non niſi ex gratia vel conſenſu Dominorum Ordinariorum obtineri poſſunt: & Seminariorum, quæ ipſis arbitrio Archi-& Epiſcoporum credenda eſſent, directio ex ſe dependet ab ipſis Reverendiſſimis DD. Ordinariis. Quæ, obſecro, hìc fingi poſſet vel poſſibilis exemptio? Scimus enim ex *Sac. Concilio Tridentino ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de reformat.* exemptiones ſæcularium in iis, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum

mini-

minimè intelligi, ſed Iuriſdictioni Ordinariorum ſubjectos permanere, non obſtantibus quibuſcunque inhibitionibus. Scimus ex Eodem *Seſſ.& cap.cit. de Regular.* perſonas tam Regulares, licèt aliàs exemptas, quàm ſæculares Curam Animarum exercentes in iis, quæ ad dictam curam pertinent; Iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi eſſe ſubiectos. Scimus etiam, Religioſos extra Monaſterium delinquentes correctioni Epiſcopi ſubeſſe. *Trident.ſeſſ.6.cap.3. de reformat.* Scimus, omnes Clericos Beneficiatos ſubeſſe non ſolùm Epiſcopo, ſed etiam Eccleſiæ ſuæ Prælato. *Trident.ſeſſ.14.cap.4.de reformat.* Scimus deniquè cauſas civiles etiam exemptorum Religioſorum extraMonaſteria degentium ab Epiſcopo cognoſci. *Trident.*

dent. ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat.

Nullus igitur caſus fingi poteſt, ſalvâ Sac. Concilij Tridentini diſpoſitione, in quo Clerici ſæculares obtinentes beneficia ſæcularia (qualia ſolùm Inſtituti hujus Sacerdotes & Clerici habere poſſunt) Reverendiſſimorum DD. Ordinariorum Iuriſdictioni non ſint ſubjecti, cùm ipſius Iuriſdictionis exercitium vel in delictorum punitione, vel in cauſarum Civilium cognitione, vel denique in viſitatione, correctione & morum emendatione potiſſimùm conſiſtat. Sed rem penitiùs inſpiciamus.

Fundamentum præfati Inſtituti ſunt Seminaria, in quibus Iuventus ad normam hujus vitæ inſtruitur, & educatur: Beneficia, quæ ex principali ſuo fine adminiſtrare intendit, ſunt Parochiæ, in qui-

bus

bus exercetur cura Animarum per Verbi Divini prædicationem, Catecheſes, & adminiſtrationem Sacramentorum &c. Seminariorum directionem Epiſcopi pro arbitrio ſuo concredunt, quibus volunt, in Parochiis pariter inſtituunt, quos volunt; imò juxta praxin quarundam Diœceſium hæreticis vicinarum moderno tempore removent quoque quos & quando volunt, utpotè purè commendatos, & ad nutum amovibiles. Quòd ſi igitur Inſtitutum hoc impetraret exemptionem, quid impetraret aliud, niſi ſui ipſius deſtructionem? Quis enim Dominorum Ordinariorum ita Iuris ſui obliviſcetur, ut directionem Seminarij ſui concedere vellet Clerico ſæculari exempto? Quis inſtituere Parochum à ſua Iuriſdictione non dependentem?

Vnde

dent. ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat.

Nullus igitur caſus fingi poteſt, ſalvâ Sac. Concilij Tridentini diſpoſitione, in quo Clerici ſæculares obtinentes beneficia ſæcularia (qualia ſolùm Inſtituti hujus Sacerdotes & Clerici habere poſſunt) Reverendiſſimorum DD. Ordinariorum Iuriſdictioni non ſint ſubjecti, cùm ipſius Iuriſdictionis exercitium vel in delictorum punitione, vel in cauſarum Civilium cognitione, vel denique in viſitatione, correctione & morum emendatione potiſſimùm conſiſtat. Sed rem penitiùs inſpiciamus.

Fundamentum præfati Inſtituti ſunt Seminaria, in quibus Iuventus ad normam hujus vitæ inſtruitur, & educatur: Beneficia, quæ ex principali ſuo fine adminiſtrare intendit, ſunt Parochiæ, in qui-

bus

bus exercetur cura Animarum per Verbi Divini prædicationem, Catecheſes, & adminiſtrationem Sacramentorum &c. Seminarioru directionem Epiſcopi pro arbitrio ſuo concredunt, quibus volunt, inParochiis pariter inſtituunt,quos volunt; imò juxta praxin quarundam Diœceſium hæreticis vicinarum moderno tempore removent quoque quos & quando volunt, utpotè purè commendatos, & ad nutum amovibiles. Quòd ſi igitur Inſtitutum hoc impetraret exemptionem, quid impetraret aliud, niſi ſui ipſius deſtructionem? Quis enim Dominorum Ordinariorum ita Iuris ſui obliviſcetur, ut directionem Seminarij ſui concedere vellet Clerico ſæculari exempto? Quis inſtituere Parochum à ſua Iuriſdictione non dependentem?

Vnde

Vnde conſtat, umbram ſecuturæ cum tempore exemptionis tam parùm fundatam eſſe, ut etiam à gratioſiſſimo Dominorum Ordinariorum arbitrio ſæpè nominati Inſtituti propagatio unicè dependeat, & in Eorundem poteſtate perpetuò conſtitutum ſit, per denegationem beneficiorum & quarumcunque conditionum jura ſua Epiſcopalia ſarta, tecta conſervare. Quâ ratione Clericis hujus Inſtituti non minùs cordi eſſe oportet debita Reverendiſſimis DD. Ordinariis obedientia & ſubiectio, quàm ſui ipſius ſtatûs ſubſiſtentia & conſervatio. Certè inter Reverendiſſimos DD. Ordinarios, qui hoc Inſtitutum in ſuas Diœceſes introduxerunt,& etiamnum ſub protectione ſua Clementiſſimè tuentur, fuerunt & adhuc

ſunt

ſunt Iuriſdictionis ſuæ, ut par eſt, conſervandæ zeloſiſſimi, qui non recepiſſent, nec defenderent hos Sacerdotes, niſi omnibus his perpenſis ſapientiſſimè judicâſſent, per hanc vivendi rationem juriſdictionem ſuam non ſolùm non imminui, ſed ſe in bona adminiſtratione Eccleſiarum ſibi commiſſarum potiùs plurimùm adjuvari. Sunt Epiſcopi in Hierarchia Eccleſiaſtica juxta *Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 4.* præcipui, & Presbyteris Superiores, utpotè à Spiritu Sancto poſiti regere Eccleſiam Dei. His ſubordinantur Presbyteri, & Miniſtri: porrò Epiſcopi, cùm non ſufficiant quæcunque ad tam ſublimem ſtatum pertinentia per ſemetipſos adimplere, adhibent Archipresbyteros, Presbyteros, & alios, per quos ſibi ſubordinatos

popu-

Vnde conſtat, umbram ſecuturæ cum tempore exemptionis tam parùm fundatam eſſe, ut etiam à gratioſiſſimo Dominorum Ordinariorum arbitrio ſæpè nominati Inſtituti propagatio unicè dependeat, & in Eorundem poteſtate perpetuò conſtitutum ſit, per denegationem beneficiorum & quarumcunque conditionum jura ſua Epiſcopalia ſarta, tecta conſervare. Quâ ratione Clericis hujus Inſtituti non minùs cordi eſſe oportet debita Reverendiſſimis DD. Ordinariis obedientia & ſubiectio, quàm ſui ipſius ſtatûs ſubſiſtentia & conſervatio. Certè inter Reverendiſſimos DD. Ordinarios, qui hoc Inſtitutum in ſuas Diœceſes introduxerunt, & etiamnum ſub protectione ſua Clementiſſimè tuentur, fuerunt & adhuc

ſunt

ſunt Iuriſdictionis ſuæ, ut par eſt, conſervandæ zeloſiſſimi, qui non recepiſſent, nec defenderent hos Sacerdotes, niſi omnibus his perpenſis ſapientiſſimè judicâſſent, per hanc vivendi rationem juriſdictionem ſuam non ſolùm non imminui, ſed ſe in bona adminiſtratione Eccleſiarum ſibi commiſſarum potiùs plurimùm adjuvari. Sunt Epiſcopi in Hierarchia Eccleſiaſtica juxta *Tridentinum ſeſſ.* 23.*cap.*4. præcipui, & Presbyteris Superiores, utpotè à Spiritu Sancto poſiti regere Eccleſiam Dei. His ſubordinantur Presbyteri, & Miniſtri: porrò Epiſcopi, cùm non ſufficiant quæcunque ad tam ſublimem ſtatum pertinentia per ſemetipſos adimplere, adhibent Archipresbyteros, Presbyteros, & alios, per quos ſibi ſubordinatos

popu-

populum ſuæ paſtorali ſolicitudini concreditum inſtruunt, & gubernant. Iſtius muneris partem Sacerdotes hujus vitæ clericalis ex primario fine ſuo deſiderant adimplere, & eam ſolùm, quæ ipſis à Reverendiſſimis DD. Ordinariis gratiosè & legitimè vocatis contigerit, non ignorantes, eandem aliâ viâ nec canonicè obtineri, nequè Conſtitutionibus, & fini vocationis ſuæ convenire. Confidunt autem exemplo Sancti Caroli Borromæi cum maxima utilitate ſui Archiepiſcopatûs Seminaria ad hunc effectum erigentis perſuaſi, ſe in Seminariis ad mentem Sac. Concilij Tridentini erectis,& poſthàc erigendis, quorum directio à Reverendiſſimis DD. Ordinariis gratioſiſſimè ipſis concredita fuerit, Alumnos ad ſtatum clerica-

lem

lem educandos in litteris, & morum honeſtate, aliiſquè principiis practicis pro ſtatu Clericali requiſitis ita inſtruere, ut ad paſtoralia, & alia Clericalia officia cum tempore vocati eundem vigorem Spiritûs conſervent, quem in Seminariis ſub ſtrictiori diſciplina conſtituti hauſerunt; idquè eò faciliùs, quò majus inter Sacerdotes hujus vitę vinculum fraternę Charitatis, & ſuavis directionis, ac ſubordinationis dependentia intercedit, cum quo charitativo nexu idem clericale Corpus ſub Reverendiſſimorum DD. Ordinariorum juriſdictione intra, & extra Seminaria in debita ſua compage ſubſiſtit, & mediante Eorundem paternâ aſſiſtentiâ indubitanter promittit, fini vocationis ſuæ ita ſatisfacere, ut quemadmodùm à

bonis

bonis Religioſis boni Novitij, & Religioſi educantur, ita in ſtatu Clericali boni Clerici, & Sacerdotes, ac præſertim boni paſtores Animarum efformentur. Ex quo illud conſequitur, hanc vivendi normam Reverendiſſimis DD. Ordinariis pro bono Spirituali ſuarum Diœceſium magno ſolatio, & juriſdictioni Epiſcopali non ſolùm non præiudicio, ſed etiam per obſervantiam Sacrorum Canonum ſubſidio opportuno futuram.

Et hæc quidem evidentiſſima ſunt loquendo de vita communi Cleri ſæcularis: quæ eadem convincunt, neque timeri poſſe, ne aliquando Inſtitutum hoc, relictâ tam ſanctâ vivendi normâ pro Clero ſæculari in Decretis SS. Canonum præſcriptâ, transformetur in ſtatum Religioſum. Habent ſtatus

Reli-

Religioſi ſuas Reformationes per Viros zeloſos &SpirituSancto plenos: de defectibus ſtatûs Clericalis ſæcularis, & de inobſervantia Sacrorum Canonum à ſummis, infimiſquè, & ab ipſomet S. Concilio Tridentino multæ extiterunt conſiderationes, atquè de modo eos emendandi conſultationes. Remedia optârunt omnes; quidam Viri inſignes in Ecclesia Dei idipſum pro parte feliciter tentârunt, prout hodiedum videre licet in diverſis Clericorum ſæcularium Congregationibus: ut verò etiam pro Clericis Beneficiatis & Animarum Paſtoribus ruri; & in Civitatibus ubivis locorum idem præſtari poſſit, remedium opportunum in Sacris Canonibus in hunc finem collectis proponitur, prout in ſæpiùs memorati Inſtituti Conſtitutio-

tionibus à Sancta Sede Apoſtolica approbatis latiùs continetur. Hic ſcopus eſt, quo hæc vita pro defectuum in Clero remotione collimat; Clericalis nempè ſtatûs ad puritatem Sac. Canonum reſtitutio, & in eadem conſervatio. Qui tam optabilis finis deſereretur eò ipsô, ſi hic Clericalis vivendi modus mutaretur in novam Religionem, quæ poſt tot Sacros Ordines laudabiliter inſtitutos & vigentes, Eccleſiæ Dei jam minùs neceſſaria foret, ipſius Cleri reformatione: tacendo innumeras alias cuivis cogitanti facilè obvias difficultates intentioni huic obſtituras, ut ejus impoſſibilitas prudentibus rerum æſtimatoribus per ſemetipſam ſe repræſentet.

Si denique, quod ſolùm reſtat, Inſtitutum hoc recedendo ab obſer-

ſervantia Sac. Canonum in ejuſdem Conſtitutionibus præſcriptorum extingueretur, timor exemptionis eô ipsô evaneſcet. Vt adeò, quocunque caſu dabili, Clerici hi nec petituri ſint, nec unquam petere poſſint ſibimetipſis exitioſam illam à Reverendiſſimorum DD Ordinariorum juriſdictione exemptionem.

Quod totum Reverendiſſimorum DD. Ordinariorum maturo examini humillimè ſubijcitur, ut prudentiſſimo judicio ſuo perſpicientes ex una parte, quòd nequè exemptionis umbra in hujus pij operis diſpoſitione contineatur, nequè in futurum eſſe, aut timeri ullatenus poſſit; ex alterâ verò parte providè conſiderantes, quòd felix progreſſus ejuſdem piæ intentionis pro bono publico ſine

ipſo-

ipſorummet Reverendiſſimorum DD. Ordinariorum ſpeciali, & paternâ aſſiſtentiâ nequaquàm ſperanda ſit, dignentur hanc Clericalem vivendi formam in Diœceſibus ſuis benigniſſimè protegere, Clericos ac Sacerdotes ſic ad normam Sacrorum Canonum conviventes paternè fovere, & juxta laudabiles Conſtitutiones à Sancta Sede Apoſtolica in hunc finem approbatas gubernare, quorum Ipſi Patres, Protectores, & Superiores eſſe agnoſcuntur; adimplendo in hoc, quod à *Sancta Synodo Tridentina* pro Cleri ſæcularis ſplendore ſalubriter ſtatutum eſt *Seſſ. 22 de reformat. cap.* 1. de vita & honeſtate Clericorum. in verbis: *Nihil eſt, quod alios magìs ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum,*

qui

qui ſe Divino miniſterio dedicarunt; cùm enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquàm in ſpeculum reliqui oculos conÿciunt, ex iiſquè ſumunt, quod imitentur. Quapropter ſic decet Clericos in ſortem Domini vocatos vitam, moreſquè ſuos componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſquè omnibus rebus nil niſi grave, moderatum, ac Religione plenum præſeferant, levia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cùm igitur quò majore in Eccleſia Dei & utilitate, & ornamento hæc ſint, ita etiam diligentiùs ſint obſervanda, ſtatuit Sancta Syndus, ut quæ aliàs à Summis Pontificibus, & à SS. Conciliis de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctri-

ctrinaquè retinenda, ac ſimul de luxu &c. ſæcularibus negotiis fugiendis copiosè ac ſalubriter ſancita ſuerunt, eadem inpoſterùm iiſdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarij imponendis obſerventur &c. Si qua verò ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint, ea quàmprimùm in uſum revocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri ſtudeant, non obſtantibus conſuetudinibus &c.

De quibus eadem *Sancta Synodus* Clericos vult admoneri *ſeſſ.* 14. *de reformat. in proœm. ſeſſ.* verò 25. *de reformat. cap.* 18. ſubjungit: *Quapropter ſciant univerſi, Sacratiſſimos Canones exactè ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit, indiſtinctè obſervandos*. Quam ob cauſam Reverendiſſimis DD. Ordinariis vi Conſtitutionum à S. Sede Apoſtolica approbatarum amplior facul-

cultas conceditur, Sacerdotes hujus vitæ Clericalis idipſum exactiùs obſervare cupientes obligandi ad exequendum id, quod extat in *epiſt.*5. *S.Clementis Papæ* de vita communi ad Clericos: *Communis vita, fratres, omnibus neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque Diſcipulorum imitari volunt &c. Vnde conſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, ut ab Apoſtolicis regulis non recedatis*. Et quod decernit *Gregorius IX. de vita, & honeſtate Clericorum*. in verbis: *Statuimus, ut facultatibus Eccleſiarum veſtrarum, proventibus, & expenſis diligenter inſpectis certum in eis valeatis ponere numerum Clericorum & ſtatuere, ut bona eorum veniant in commune, in una domo veſcantur,*

atque

atque ſub uno tecto dormiant, & quieſcant: Si qui verò contradictores extiterint, licitum vobis ſit ad hanc obſervantiam eos compellere, appellatione non obſtante. Ampliatur prætereà eadem Reverendiſſimorum DD.Ordinariorum facultas vi juramenti, quo ijdem Clerici ad vitam communem ſe obligant, ut cogi poſſint non ſolùm ad cohabitationem fraternam præſcriptam *tit. de vit. & honeſt. Cleric. cap. ut quiſque Presbyter, qui plebem regit, Clericum habeat &c.* Et in *Synodo Romana ſub Symacho.* in verbis: *Nullum Sacerdotem &c. ſine bene probata volumus in quocunque loco manere perſona, vel quem ſubire exilitas non permiſerit habere conſortem, ipſe Concellaneus fiat alterius.* Sed etiam ad ſeparationem mulierum, juxta

cap.

cap. inhibendum extra de cohabit. Cleric. & mulier. Inhibendum eſt, ut nullus Sacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe, retineat, ſed neque illas, quas Sacri Canones concedunt &c. Quæ fuſiùs videri poſſunt in *Summario Inſtituti* Clericorum ſæcularium in commune viventium impreſſo Romæ Anno 1689. *part* 2. *cap.* 3. 4. & 5. Horum omnium obſervantiam *Innocentius XI. Papa* ſan. mem. Eccleſiæ Dei ſummopere proficuam foſe aſſerit in Litteris ad Sac. Cæſaream Majeſtatem 6. *Iulÿ* 1680. datis, dum ait: *Inſtitutum Clericorum in communi viventium &c. adeò uberes in colenda Vinea Domini fructus pollicetur, ut magno apud omnes in pretio eſſe, atque ab omnibus foveri mereatur.*

A. M. D. G.